

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis fi-
 liis Priori et fratribus hospitalis Ierosolomitani in Mo-
 ravia. Salutem et apostolicam benedictionem. Justis
 petitionibus desideris dignum est nos facilem prebe-
 re consensum et vota que arationis tramite non de-
 scordant effectu prosequente complere. Ea propter de-
 lecti in domino filii, vestris justis postulationibus gra-
 to concurrentes assensu. de Lubesow et de Starograd
 domos cum pertinentiis suis, quas vobis a clare memo-
 rie Grimislawo Principe Pomeraniae prout pertine-
 bent eidem ipsum exemptas ab omni exactione secula-
 ri, pia et provida liberalitate asperitis esse concas-
 sas velut in ejus litteris exinde confectis plenius no-
 scitur contineri, sicut eas juste ac pacifice possidetis.
 Vobis et per vos hospitali vestro auctoritate aposto-
 lica confirmamus et presentis scripti patrocinio com-
 munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat
 hanc paginam nostre confirmationis infringere
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
 hoc attemptare presumpserit indignationem omni-
 potentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolo-
 rum ejus se noverit incursum. Datum Latera-
 ni XIII. Kalendas Aprilis pontificatus nostri
 anno duodecimo.

